

His nuntiis acceptis Galba,

cum *neque* opus hibernorum munitionesque plene **essent perfectae** *neque* de frumento reliquoque commeatu satis **esset provisum**,
quod **deditione facta** et **obsidibus acceptis** nihil de bello timendum **existimaverat**,
consilio celeriter convocato sententias **exquirere coepit**.

390

quo in consilio,

cum tantum repentini periculi praeter opinionem **accidisset**
ac iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa(!!!) **conspicerentur** |
neque subsidio **veniri** **neque** commeatus **supportari** interclusis itineribus(ablats) **possent**.

prope iam desperata salute nonnullae huiusmodi sententiae **dicebantur**,

ut impedimentis relictis eruptione facta isdem itineribus,

quibus eo **pervenissent**,

ad salutem **contenderent**.

maiori tamen parti **placuit** hoc reservato ad extremum consilio interim rei eventum **experiri** et castra **defendere**.